DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

Pertuſſi, ſeu Tuſſi Convulſiva.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
Pertuſſi, ſeu Tuſſi Convulſiva.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

ROBERTUS HALL'S,

ANGLUS.

Soc. Med. Edin. Soc. Extraord.

In medicina, ubi perpetuum eſt, quod fieri debet, non tamen perpetuum eſt id, quod ſequi convenit.

CELSUS.

Ad diem 24. Junii, hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,XCIII.

350337

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

ANDREÆ DUNCAN, M. D.

MED. THEORET. PROFESSORI, &c.

Praeceptori ſuo et amico;

Viro,

Non in luce modo, et in oculis Civium

Magno;

Sed intus, domique,

Praeſtantiori:

Necnon,

Viris integerrimis

JOANNI GILSON,

Et

GEORG. ASSER GEPP,

Vulnerariis peritis;

Olim

Condiſcipulis ſuis dilectis;

Obſervantiae ſignum,

Amicitiaeque pignus,

Hanc Diſputationem

Sacram eſſe

Vult

AUCTOR.

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b31876602_0002

Quinetiam quia infantes nervoſi generis debilitatem maximam habent, atque mollitie temperiei ſumma ac delicatula ſunt donati, ideo vim tuſſiendi moleſtiſſimam ferre nequeunt, atque agitationi pectoris violentae, quaſi ſuffocati, et nigricantes facie, fere ſuccumbunt.

Harris de Morb. Acut. Infant. Pag. 23.

DISPUTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

Pertuſſi, ſeu Tuſſi Convulſiva.

Auct. R. HALL'S.

1. "TUSSIS vocatur vehemens ſonora ex-
" piratio, ſaepe invita, aëra per
" glottidem, nunc magis nunc minus fortiter
" clauſam, magno impetu ſubito expellens.
" Convulſio muſculorum expirationis dat in-
" ſignem aëri impetum ; contractio glottidis
" dat ſonum. Tuſſis ſaepe repetita et diuturna
" eſt, intercedente nimirum reciproca, poſt ſin-

" gulas expirationes, inſpiratione, ſed difficili,
" obſtructa, imperfecta, propter contractam
" glottidem *."

2. Tuſſis nulla eſt, quae non convulſiva dici poteſt; in tuſſi unaquaque enim, fibrae muſculares, quae ſpiritum emittunt, ſubito, ſaepe invite, contrahuntur; aeque ſubito relaxationem paſſurae. Motus abnormis hujuſmodi, ore medicorum, ſpaſmus clonicus ſeu convulſio vocatur: Quod ad muſculorum ergo contractionem attinet, Pertuſſis, ex tuſſi communi gradu tantum differt; hoc gradu tamen, una cum inſpiratione peculiari, morbus optime dignoſcitur, Sed de hac re poſtea (38-9) ſermo erit.

3. Vix operae pretium videretur otium laboremve terere, inveſtigando hujus morbi originem; an veteribus notus, an non. Sat mihi erit, juveni, et rerum medicarum quam minime perito,

* Conſpect. Med. Theor.

perito, plenam ſignorum enumerationem tradidiſſe, cauſas quae ea inducant, quantum facultas fuerit notaſſe, rationemque medendi optimis auctoribus probatam, experientia firmatam, indicaſſe.

4. Mihi ſpecies una ſolummodo tuſſis convulſivae eſt nota. Variat quidem pro violentia impetus, corporis habitu quod corripit, aërisque ſtatu quo primum ingruit: Singulos autem morbos in plures ordines diſtinguere, vix ad uſum practicum confert, clinicumque potius in errorem ducit quam adjuvat: Quod idem, de diſputationibus auctorum, qui, ſuper hujus morbi ſede, claſſeque ad quem, ab iis qui morbos ordinant, referri debet, nunquam inter ſe ſatis corcordes fuerunt, autumari poſſit.

5. Scriptoribus quibuſdam Pertuſſim inter morbos febriles numerare placuit. Cullen rectius, ut mihi videtur, eam inter neuroſes collocavit;

cavit; cui etiam aſtipulatur cel. Gregory, uſus medicinae in hac Academia Profeſſor.

6. Sunt quaedam exempla adprime mitia, in quibus ſigna febrilia nulla, vel ſaltem leniſſima, ſeſe oſtendunt: Plerumque tamen, etiam ex primo morbi inſultu, pulſus ſolito citatior, et praecipue veſpere appetente, ut in catarrho ſaepe accidit, deprehenditur. Eſt ubi pyrexia affectiones locales, per totum morbi decurſum, comitatur; iiſdem aſſidue augetur, et non, niſi his recedentibus, ceſſat: Frequentius autem, cum notas ſibi proprias aſſumſerit morbus, omnino deſinit.

7. His dein attentione debita perpenſis, nonne inferri poteſt, febrem hanc tuſſim ſtipantem ſymptomaticam, potius quam ad morbum efficiendum neceſſariam, judicari debere: Eoque magis, quod hic ſaepius ſemel, abſque ulla pyrexia, vel ſaltem cum pyrexia perquam leni, et vix quidem

quidem detegenda, varia ſtadia percurrit. In omni autem exemplo graviore, pyrexia violentior evadit; morbuſque vix unquam, ut credit Cullen, infeliciter finitur, quin notae febriles quam maxime augeantur. Infantibus Pertuſſi laborantibus, arteriae, teſtante Gregory, interdum, intra ſexageſimam horae partem, ad 160 uſque micant.

8. Tam accurate varia ſigna, ordinemque quo ſeſe in conſpectum produnt, depinxit cel. Cullen, ut hiſtoriae, ab illo traditae, vix aliquid utilis adjici poſſit.

9. Reſpiratio ſonora, unde morbus nomen, lingua vermacula *kink*, accepit, paucis exemplis ab initio uſque, tuſſim comitatur; nonnunquam vero, quamvis rariſſime, prorſus abeſt. Plerumque dolorem et gravitatem capitis, cum tuſſi modica, coryza, ſternutatione, ſenſuum hebetudine, aliiſque ſignis, qualia cuivis catarrho correpto,

repto, contingere ſolent, aeger conqueritur. Hoc tempore, dum ſignum huic morbo proprium, inſpiratio nempe ſtridula, haud adeſt, morbi duo difficillime internoſcantur: Imo, exempla minime deſunt, in quibus, nulla tali inſpiratione ſuperveniente, tuſſis convulſiva totum ſuum curſum abſolvit. Nos ſemper tamen oportebit morbi indolem detegere; inde enim, metus, prorſus forſan inanes, parentum, ſi infans ſit aeger, aegrotique ipſius ſi adultus, pacare poterimus. De ratione autem hujus rei efficiendi, poſtea (38-39), ubi de diſcrimine quod Pertuſſim inter alioſque morbos intercedit agemus, dicendum erit.

10. Poſt dies quatuordecim fere, vel octodecim elapſos, tuſſis gravior fit; id circiter quoque tempus, dum redeunt paroxyſmi, pulmones ſuo aëre, pluribus expirationibus validis, et deinceps factis, adeo orbantur, ut aeger ſtatim plene inſpirare cogatur: Aër autem, per rimam glottidis,

tidis, nunc praeter conſuetudinem ſpaſmodice coarctatam, irruens, ſonum peculiare, vulgari ſermone *Hoop* vel *Kink* dictum, edit; qui ſonus tamen, ut ſupra (9) monuimus, non ſemper adeſt.

11. Inſpiratione peracta, expirationes crebrae, iteratae, de novo recurrunt; et plerumque perſtant, donec, vel muci nonnihil, colore ſaepe coeruleo e bronchiis exſputum fuerit, vel in ventriculo contenta rejecta: Quod ſi nec muci expectoratio eveniat, nec ſuperveniat vomitus, tuſſis magis ſaevit pluſque periculi habet. Uniuſcujuſque paroxyſmi tempore, compluries ita prius inſpirat aeger, quam vomat, vel aliquid muci emoliatur: Saepius vero, ſimul atque bis ita inſpiraverit, vel vomitus accidit, vel muci exſcreatio; et omnia ſigna ad tempus, vel ex integro tollit, vel ſaltem inſigniter levat. Inter morbi initia, quod exſcreatur, id parcum equidem eſt, et muco tenuiore tantum conſtat; progrediente

grediente autem malo, tenacius ſit, uberiuſque exſpuitur, atque ſignis fere omnibus remiſſionem parit.

12. Quoad ſpatium quod manet morbus, id multum variat: Nunc brevius, nunc diuturnius; ſemper fere in menſes duos, ſaepiſſime in tres, vel etiam plures, imo, ut ſcribunt auctores nonnulli, in totos interdum annos, protrahitur. Utcunque haec res ſe habeat, minime dubitandum eſt, quin hic morbus, aliis anni tempeſtatibus, quodammodo alius ſit: Si enim vere ſe prodat, multo, quam ſi in autumno, mitior eſt. Nec cauſa latet: Calor aeſtivus tuſſim convulſivam, ſicut tuſſes alias, minus violentam facit: Hyemis vero frigus effectus prorſus contrarios edit. Minime tamen eſt negandum, ſigna inflammationis aliquando in illa plus, quam in hac anni tempeſtate, urgere.

13. Nexum quendam inter hunc morbum

aërisque

aërisque ſtatum, extare, ſatis clare elucet. Vere et autumno, ut quibuſdam liquet, ei proclivius eſt corpus, hiſque anni temporibus haud raro publice graſſatur: Quoties etiam coelum ab aeſtuoſo in frigidum, vel ab arido in humidum mutetur, omnia ſigna ingraveſcunt: Apud homines autem eodem diverſantes, eoſque, inter quos nexus familiaris intercedit, morbus, quaecunque ſit aëris conditio, facillime propagatur. Idem in omni malo accidit cui ortum dat contagium ſpeciale; ex quo fonte, Pertuſſim originem haurire, ne locus quidem dubitandi reſtat.

14. Inſtante tuſſis paroxyſmo, facies ſanguine turget, oculi prominent, venae tument, palpebrae intumeſcunt, arteriae celerius pulſant fortiuſque moventur; vultus tandem, tuſſi maxime ſaeviente, totus rubet; nonnunquam lividus, vel etiam niger apparet. Ægro nunc multum intentatur periculi, unde vix forſan evaderet, niſi, rupto vaſe, ſanguis ex quadam corporis parte,

uti ex oculis, naribus, pulmonibuſve, effunderetur; caeterum, hoc facto, omnia, pari ratione ac poſt vomitionem, vel muci expectorationem, ſtatim miteſcunt.

15. Quod ſi nullus ſanguis, propter vaſorum eum vehentium vim magnam reſilientem prorumpat, nil ſane eſt cauſae, cur apoplexia, morbus comitialis, hemiplegia, vel alii morbi, originem a cerebro affecto trahentes, haud inducantur; et interdum profecto accidunt hi morbi, ut uſu ſatis ſtabilitur; ſunt enim quaedam exempla, quibus, ex hac cauſa, morbus ſubito animam extinxit. Ex eadem tuſſis violentia, faeces nonnunquam et urina, invito homine, elabuntur; vel ſaevus vomitus ſtomachum infeſtat. Memoria extincta, partium quarundam paralyſis, ut ex auctore fide praeclaro diſcimus, inter hujus morbi reliquias enumeranda ſunt.

16. Interdum et in infantibus, et in adultis,

pro

pro inſpiratione ſonora animo linqui aſſolet: Tale autem animi deliquium frequentius omnino eſt periculi expers. Quamvis dira ſigna jam memorata ſubinde tuſſim convulſivam comitantur, pro maxima parte haud ita eſt.

17. Impetui acceſſionis ut plurimum antecurrit ſuffocationis, vel titillationis cujuſdam ſenſus, ad partem laryngis ſuperiorem; unde aeger digitis ſaepe guttur prehendit, et quaſi paroxyſmum prohibiturus, proximum adſtantes, vel quodcunque manibus obvium, arripit: Simul pedibus humum pulſat, et toto corpore validiſſime quaſſatur; donec vomitus vel excreatio ſuperveniens ad finem tuſſi imponendum maxime conferat, et omnia indicia multo leviora reddat. Spiritus breve, praeter ſolitum celer, difficiliſque trahitur; cito vero ſtatum naturalem recuperat, et aeger, qui, durante paroxyſmo, cibum et potum oppido reſpuerat, unum et alterum ſaepe avide petit, ludis

aſſuetis

aſſuetis illico rediturus. Quibuſdam, finita tuſſi, dyſpnoeae aliquid reſtat.

18. Sic ſaepe, per plures hebdomadas, ſeſe habet haec tuſſis; dum, in intervallis, aegrotantes ſanitate fere integerrima gaudent, variis corporis functionibus vix et ne vix quidem laeſis: Pleriſque vero aegrotantium, alvus aliquanto ſolito tardior, et urina, quam in ſtatu naturali aſſueſcit, pellucidior eſt. Artus inferiores nonnunquam leviter frigeſcunt; vires tamen nec animi nec corporis multum labuntur, neque, poſt morbum diuturnum, aeger ſemper macreſcit.

19. Ubi morbus in ſalutem terminetur, tuſſis impetus, intercapedinibus paulatim longioribus, redintegrantur; paulatim omnino ceſſant: Primum plerumque evaneſcit inſpiratio ſonora, dein vomere deſinit aeger, tuſſi ſaepe diu adhuc perſtante; haec autem quoque tandem recedit, et

ſolita valetudine fruitur aegrotus. Haud ſemper tamen tam felix eſt morbi eventus; quandoque prorſus contrarius: Non ſolum enim variis aliis morbis poſtea notandis (31-3-45) viam ſternit, ſed quoque haud defuere exempla, ubi, poſt muci exſcreationem prius ſuppreſſam, dyſpnoea et indiciis febrilibus ſimul auctis, miſer ſuffocatus, morte diem extremum confecit.

20. Paroxyſmi temporibus ſtatutis raro recurrunt, vel certos circuitus obſervant: Saepe interdiu, ſaepius noctu ingruunt; qui alte vero dormiunt, leni acceſſu a ſomno non excitantur: Clar. Home, "Semel contigit videre tuſ-
"ſim remittentem, quae certa hora adveniebat;
"per horam unam vel alteram, inſtar convul-
"ſivae, aegrum agitabat, et dein uſque ad ean-
"dem horam noctis inſequentis ceſſabat."

21. Pertuſſis, perinde atque plures alii morbi contagioſi, eoſdem nunquam repetit; unde ſatis

enitet

enitet cauſa, cur infantibus, quam adultis, frequentior: Non ſolum idcirco, quod magis contagionis actioni exponuntur, ſed quoque forſan (quamvis hoc minus certum) propter majorem irritabilitatem, quae eos, cauſis quibuſlibet morbidis affici aptiores, reddat. Ætate provectiores, et quidem provectiſſimos, licet minus aptum ſit eorum corpus ad hanc contagionem utique accipiendam, tamen identidem corripit. Ipſe in muliere annum aetatis ſeptuageſimum quintum agente, nuperrime hunc morbum ſaeviſſime furentem vidi.

22. Non deſunt qui ſibimet perſuaſerunt, tuſſim convulſivam in eundem bis, imo et ſaepius, impetum facere: Eorum autem in ſententiam inire nequeo: Tuſſis paroxyſmos nihilominus ad tempus evaneſcere, modo aëris viciſſitudines ſupradictae obtineant, nequaquam in animo eſt negare. Gregory eximius, in praelectionibus ſuis de medicina practica, exemplum

memorat,

memorat, in quo, poſt plures hebdomadas elapſas, dum hyems appropinquabat, ſigna gravitate adaucta redierunt. Utrum vero morbus ſic recidivus contagioſus ſit, necne, mecum ſtatuere nequeo. Vero videtur ſimile, morbum, quamdiu perſtet inſpiratio ſonora, tamdiu contagio propagari poſſe. Litem, de conſuetudinis effectibus ad hanc tuſſim producendam, nulla ex parte attingo: Cenſere autem minime dubito, Pertuſſim nunquam, niſi cum eam concitaverit, et etiamnum quidem concitet contagio, graviter ſaevire.

23. Superſunt et adhuc notanda duo alia ſigna, quae nec ſaepe occurrunt, nec (me ſciente) ullo auctore deſcribuntur: Talia igitur ſigna memoraſſe, ſcilicet quod morbi alicujus diagnoſin obſcuram, potius quam perſpicuam, reddat, vitio forſan mihi detur: Quoniam vero haec ſigna ſubinde manifeſta ſunt, aegrotoquè mortem minitantur, mihi, licet ea enarraverim, ignotum

ignotum iri ſpero. Horum alterum, eſt tumor in parte aſperae arteriae anteriori ſedem habens, et aëre in textum celluloſum effuſo, effectus; alterum, gangraena mediam genam occupans, quae ſeſe ad omnes partes vicinas celeriter diffundit, aegrumque citiſſime e medio tollit. Tumor gutturis, pro cauſa proxima, fibras, quae circulos cartilagineos ſibi invicem annectunt, ruptas, agnoſcit; quo fit ut, et inſpiratione, et expiratione, aëris portio quaedam per aperturam exeat. Hoc modo tumor continuo augetur, donec tandem magnam molem adipiſcatur, et, quo curetur, maximam attentionem exigit. Talem, ex tuſſi violenta, harum fibrarum fieri poſſe diviſionem, ex rei mera contemplatione aſſerere vix dubitarem; ſed, theoria omnino poſthabita, experientia ſemel ſaepius eſt compertum, hanc rem vere accidiſſe. Dominus Cline, in ſuis praelectionibus de re anatomica, ſe exempla hujuſmodi vidiſſe narrat.

24. Gangraenam (23.), quam genam ſubire dixi, ex viribus omnino proſtratis ortum ducere, dubitari vix poteſt: Stadiis enim provectis ſolummodo accidit, et in dyſenteria, quo tempore aeger, ut monuit Zimmerman, ſtadium debilitatis ultimum attigerit, gangraena, huic ſimilis, aliquam corporis partem corripit, et ſic morbo aerumniſque, ſimul finem tandem imponit. Idem in aliis morbis aliquando evenit: In his autem morbis, facies modo, modo pedes, vel quaevis alia pars corporis afficitur: Sed in Pertuſſi (explicatu perquam difficile) morbum, faciem ſolam corripere, cognovi.

25. Morbum, cujus hiſtoriam qua potui cura jam tradidi, his verbis finivit Cullen: "Morbus "contagioſus; tuſſis convulſiva, ſtrangulans, "cum inſpiratione ſonora, iterata, ſaepe vo- "mitus."

Prognoſis.—26. Pertuſſis plerumque haud

multum periculi ſecum affert, quique eo laborant raro extrema patiuntur. Lethalem tamen exitum interdum ſortitur malum (19). Ope medica fere indigna quibuſdam cenſetur; et ſaepe quidem medici curam vix poſtulat, ſed naturae ipſius conatibus facile vincitur (74).

27. Medicamenta plurima, quae vomitum cient praecipue, ad hunc morbum tollendum adhibita, aegro noxae ſaepe potius, quam auxilio, fuiſſe, nequaquam denegandum eſt. Etiamſi tamen, per ſe, tuſſis convulſiva laboranti mortem rariſſime intentat, ex ea morbis variis funeſtis (15-19-31-2-3-4-5) patet.

28. Quo tenerior ſit aetas correpti, eo majus periculum. Vitae progreſſu, ejus et frequentia (21), et periculum, minuitur. Cum tuſſis paroxyſmi haud ſaepe renovantur, ſed intervallis longioribus redeunt, et leviores fiunt: Cum, per intervalla, ſpirandi difficultatis omnino expers

eſt

eſt aegrotus, neque ſignis febris vexatur: Cum nec cibi appetentia deficit, nec ſomnus multum turbatur; ſed placide dormit aeger, ſomniis terrificis minime perturbatus, et, abſoluto tuſſiendi paroxyſmo, mucum albidum, tenacitate et quantitate debitis, exſpuit; vel facile et ſine ullo niſu violento evomit, cibi deſiderio ſtatim excipiente: Tum eventum fauſtum futurum ut plurimum hariolari poſſumus.

29. Ubicunque vero valde febricitat aeger, dum muci viſcidi, flavi, vis magna expuitur; dyſpnoea urget; capitis dolor ſaevit; cutis areſcit; extrema corporis frigeſcunt; venter comprimitur; et urina nil ſedimenti deponit; in omen ſiniſtrum eſt accipiendum: Simul autem reputandum eſt, ſi expectoratio ex toto ſuppreſſa, vel etiam nimis parca fuerit, aegrum haud minore, forſan etiam majore diſcrimine, quam ex nimis copioſa verſari.

30. Si animum ad ſupra tradita (28-29) attendamus, nōn difficile erit, de morbi eventu judicium facere: Sin ullo alio morbo (31) aſciſcatur haec tuſſis, magis in ancipiti res erit; tali etenim conjunctione multo fit periculoſior.

31. Quicunque morbillis jamjam laborans Pertuſſi fuerit correptus, eum a tali valetudine ſe recollecturum, vix expectandum erit. Auctores fere omnes ad unum idem ſentiunt: In morbillis enim, haud ſecus ac in Pertuſſi, pulmones potiſſimum affici videntur. Si quando ergo morbi duo in eodem conjungantur, metuendum erit, ne talis ſit eorum obſtructio, qualem naturae vires ſuſtinere nequeant; vel ſaltem ne inducatur inflammatio pneumonica.

32. Sub dentitione, periculo haud vacat tuſſis convulſiva: Sed in phthiſicorum et aſthmaticorum prolem, magis quam in alios, ſaevit. Hi enim pulmonum debilitatem quandam, non facilem

cilem quidem explicatu, quae eos prae caeteris, variis morbidis affectionibus obnoxios facit, a parentibus obtinuiſſe videntur.

33. Nonnunquam, ob tuſſis violentiam, vel thoracem prave conformatum, quae ambo curſum ſanguinis, per pulmones fluentis, impediunt, haemoptyſis gignitur; quam excipit phthiſis pulmonalis. Frequentius autem, ex his cauſis tubercula, quae jamdudum forſan in pulmonibus extiterunt, ad inflammationem cientur, et in ſuppurationem demum abeunt: Unde febris, Pertuſſim ab initio comitans, ſenſim augetur, et formam veram hecticam tandem nanciſcitur.

34. In infantibus morbum diu protractum ſaepe excipit rachitis: "Atqui profecto haud "pauci exinde in rachitidem incidunt *." Hoc iis praeſertim contigiſſe credo, qui ex parentibus, ſcrofula vel deturpatis, vel in quorum corporibus

* Huxham.

poribus ſaltem lateſcunt hujus morbi ſeminia, nati ſunt. His enim omnia corporis ſolida fere ſemper debiliſſima ſunt.

35. Fluxus ſanguinis modicus, potiſſimum e naribus, non ſolum ſignis, quae maxime urgent, ad tempus, eſt levamini; caeterum, morbum multo leviorem efficit: in iis imprimis exemplis, ubi, perdurante paroxyſmo, capitis vaſa ſanguine turgent, vultuſque rubet: Sic enim optime occurritur apoplexiae, epilepſiae, aliiſque hujuſmodi morbis (15), niſi profluat ſanguis, forſan acceſſuris: Fluxus veruntamen immodicus, debilitatem magnam inferendo, ſemper maxime nocet.

36. Hic loci vix aliquid de prognoſi, ubi tuſſis paroxyſmi inſultibus epilepticis, apoplexia, vel paralyſi, ſive alterius corporis lateris, ſive muſculorum quorundam tantum, terminantur, proferre neceſſe habeo; his omnibus enim mihi

perſuaſiſſimum

perſuaſiſſimum eſt, eventum rariſſime, ſi unquam, felicem futurum.

37. Inflammatio pneumonica (31) tuſſi convulſivae ſuperveniens, prognoſin ſaltem ancipitem praebet: Semper periculum habet. Nec minus minitantur convulſiones, quae aliquando infantibus accidunt, dum eos multum exercet tuſſis violentia. Genarum gangraena (23) mortem nunquam, quantum ſcio, non ſecum affert.

Diagnoſis.—38. Morbos a ſe invicem dignoſcere ſummi eſt momenti; "ſine hac enim ſcientia, nulla ſtabilis inſtitui poteſt prognoſis, vel therapeia; et medicus adſtantibus ſaepe ludibrio fit."

39. Non ullus eſt morbus, ut credo, quicum confundi periclitatur Pertuſſis; nullum enim ſimulat: Sub initium quidem, notae iis, quae in catarrho contingunt (9) ſimillimae ſunt; neque

que ſemper forſan, ab iis diſtingui poſſunt. Malo vero progrediente, tuſſis paroxyſmi, inſpiratio ſonora, cum expiratione continua, iterata, muci e bronchiis vel ſtomacho ejectionem trahente, facile ad veram morbi naturam medicum ducent. Ubi autem catarrhum per totum decurſum refert, ut interdum accidit (9), animum ad morbos, tunc temporis per populum graſſantes, attendamus oportet: Sic enim fortaſſe contagionis veſtigia indagare poterimus. "Quid multis? "Vocem ſemel audiiſſe ad eam diſcernendam "ſatis eſt."

Cauſae Remotae.—40. Tantum non prorſus ſupervacaneum, cauſam Pertuſſis contagium eſſe peculiare ſeu ſpecificum, hic memorare judico. Ut res vero ita ſit, tentaminum hujuſmodi norma poſtulat.

41. Praeter contagium ſupra dictum (40) ſunt et quaedam alia, utpote tuſſiendi acceſſus

saepe

ſaepe in cauſa; attentione omnino digna. Horum praecipua ſunt, calor corpori externo vel interno applicatus; exercitium violens; aëris levitas vel humiditas; ventriculi inflatio, vel a cibo concoctu difficili, vel a nimio devorato. Quodcunque, ut ſanguis in pulmonibus accumuletur, facit, morbum excitat: Hoc modo forſan agit frigus, fluida nempe a corporis ſuperficie repellendo, et ſic pulmones verſus derivando. Vapores quidam, velut plumbi, carbonis, argenti vivi; odores varii; animus ſubito perturbatus; omnia ad ſummam, quotquot pulmonibus ſtimulo inferre poſſunt, vel aëris puri acceſſum impedire, pro cauſis tuſſim excitantibus recenſeri queant.

42. Alicui quaerenti, unde harum cauſarum (41) plurimae, quae in corpus ſanum vix aliquid valent, tantos in Pertuſſi laborantem effectus praeſtent; verbis ſolertiſſimi Cullen reſpondeo: "The fits of coughing are often repeated, with-

" out any evident exciting cauſe: But in many " caſes, the contagion may be conſidered as " giving a prediſpoſition only; and the fre- " quency of fits depends in ſome meaſure upon " various exciting cauſes."

De Cauſa Proxima, Morbi Sede, et Signorum Ratione.—43. Me, quid de cauſa proxima, ut loqui amant medici, ſit dicendum, prorſus neſcire confiteor. Miaſmatum, vel materiae contagioſae dotes, ejuſque in corpus humanum effecta, minime intelligo: Donec autem haec, ſuapte natura ſatis abdita, fuerint inveſtigata, et quodammodo explanata, denſa caligine, ex neceſſario, obruta, perſtabit morborum, qui a contagio oriuntur, cauſa proxima. Ad hanc cauſam patefaciendam, plurimi, et maxime praeclari medici, fruſtra tamen, operam dederunt: Viris ergo tam eximiis ſpe deſtitutis, vix expectandum erit juvenem, ſcientiaque medica vix initiatum, rei tam difficili aliquid luminis allaturum.

turum. Rem in medio talem, qualem acceperim, relinquo ; ſat erit verba ſcriptoris puriſſimi citaſſe.

44. " Cauſa proxima, ut definiunt ſcriptores " medici, eſt illa quae praeſens morbum facit, " ſublata tollit, mutata mutat. Cauſam vero " proximam quod attinet, ipſa ejus notio gene- " ralis, ſi non prorſus falſa, ſaltem confuſa ad- " modum eſt, et obſcura, et temere a rebus ab- " ſtracta. Quaerunt enim medici, et non fa- " cile invenientes ſibi fingunt aliquid cauſae " omnis morbi, unde iſte morbus oriatur, eo- " dem fere modo ac variae mutationes vel effec- " tus, quae in rebus inanimatis obſervantur, a " ſuis cauſis proveniunt. In pleriſque autem " affectionum, quas morbos vocare ſolemus, " nihil iſtiuſmodi exiſtere videtur, neque pro- " fecto exiſtere poteſt ; et talis notio plane ori- " tur a male intellecta natura, tum corporis ip- " ſius, tum quoque morborum qui in eo fiunt.

" Morbus

" Morbus enim non eſt ſimplex eventus vel
" mutatio, qualem in rebus inanimatis contem-
" plari ſolemus, et effectum vocare; ſed ſeries,
" ſaepe longa, talium eventuum vel mutatio-
" num, quarum aliae aliis cauſae videntur eſſe.
" Fieri quidem poteſt, ut, ſublata una alterave
" harum, tota ſeries vel abrumpatur, vel brevi
" deſinat; et ſic morbus in ſanitatem mutetur:
" Sed hoc minime perpetuum eſt, neque in omni
" morbo, neque in quolibet fere morbo omni
" tempore. Praeterea, corpus ipſum longe ali-
" ter ſe habet ac res inanimatae, quod ad mu-
" tationes quae in eo fiunt, et cauſas, ſive ex-
" ternas, ſive internas, unde hae proveniant.
" Ineſt enim corpori vivo principium aliquod
" mutationis, ſimile quodammodo illi quod in
" herbis obſervatur, et longe alienum a natura
" materiae inanimatae, aegre definiendum, non-
" dum ea qua par eſſet diligentia et accuratione
" exploratum, vitale principium haud inepte no-
" minandum, cui vix minus quam cauſis vulgo

" obſervatis

" obſervatis tribuendae ſunt plurimae mutatio-
" nes, tam morboſae quam ſalutares, quae cor-
" pori contingunt.—Haec quum ita ſint, non
" mirum eſſe poterit, multa medicorum com-
" menta de cauſis proximis variorum morbo-
" rum prorſus futilia eſſe, et non modo falſa,
" ſed adeo confuſa, et obſcura, ut vix poſſint
" intelligi, neque fortaſſe ab ipſis eorum aucto-
" ribus unquam ſatis intellecta fuerint *."

45. Lites de ſede, neceſſario ergo de cauſa proxima, morbi in hac diſputatione attacti, multum jamdiu increbuerunt, neque etiamnum prorſus compoſitae.

46. Quidam auctores ſedem tuſſis convulſivae in pulmonibus, vel iis annexis, ponendam eſſe putant; in ventriculo alii, alii demum in inteſtinis. Quantum inteſtina ſpectat, haud ſupervacaneum forſan erit, neque a propoſito alienum,

* Conſpect. Med. Theoret. pag 27. vol. 1.

num, opiniones, quas in medium protulit cel. Butter, hic quam breviter inveſtigare.

47. Auctor ingenioſus hunc morbum in canali alimentario haerere opinatur, ejuſque ſententiam variis argumentis ſuffulcire conatur; de quorum ſingulis pauca diſputare liceat.

48. Sunt, quibus gratum eſt conamen, judicium, forſan ex primis fere cunabulis conceptum, poſteaque magiſtri cujuſdam dilecti praeceptis veriſimilius redditum, quamvis fortaſſe fundamine labente condatur, argumentis ſtabiliendi. Hos inter, auctorem ſupradictum, animus haud perperam, ut ſpero, adſcribere me fert. Vere quidem lugendum eſt, tales opiniones praeconceptas tantum hactenus apud medicos valuiſſe; inde enim quot quantaque mala ortum deduxerint, nemo eſt qui non facile agnoſcit. In Pertuſſi vero, longe ſecus ac in aliis morbis, medicorum ſententiae variae medendi rationem

vix affecerunt. Sed de hac re jam ſatis eſt verborum. A quo incepto redeo.

49. His verbis primum argumentum proponit Butter:

50. "It ſeems that the inteſtines of children
"are more irritable, and, by conſequence, more
"eaſily affected than any other part of their
"tender bodies. For this reaſon it is, that the
"diſeaſes of children, even the moſt remote
"from the inteſtines, affect that canal. Thus
"we ſee dentition almoſt conſtantly produces a
"diarrhoea, colic pains, and flatulencies. On
"the other hand, an irritating cauſe in the in-
"teſtines, moſt certainly can affect the whole,
"or any part of the nervous ſyſtem. Dr Harris
"has proved, that almoſt all the diſeaſes of
"children depend on an affection of the firſt
"paſſages. If it be aſked, Why an inteſtinal
"affection ſhould produce the kink-cough?

"I

"I refer the ſolution of this queſtion to thoſe "who ſhall undertake to explain the manner of "acting of the contagious particles of any diſ-"eaſe whatever. We need only obſerve here, "that, if a cauſe, ſuch as worms lodging in the "inteſtines, can produce a cough, and even "general convulſions; we may ſuppoſe ano-"ther cauſe exiſting in the ſame bowel, capable, "under certain circumſtances, of producing the "kink-cough. The one caſe ſeems equally in-"telligible as the other; although, perhaps, "we ſhall never be able to explain the manner "in which either is brought about, any more "than why hemlock produces vertigo," &c. &c.

51. Sed, in hoc loco, nihil mihi videtur dixiſſe auctor, niſi quoſdam inteſtinorum morbos tuſſim comitem habere: Non eſt equidem cur hanc rem negem: An inde autem, tuſſim convulſivam talem eſſe morbum, concludere licet?

52. "It is obſervable, that thoſe children "paſs moſt eaſily through the diſeaſe that have "an open belly; that vomits are moſt ſervice- "able when they render the body ſoluble at the "ſame time; and laſtly, that ſuch patients bear "the action of vomits much better than purges: "All which circumſtances ſtrongly point out, "that the inteſtines, and not the ſtomach, are "the ſeat of the diſeaſe."

53. *1mo*, Eos quidem, quibus, per morbi decurſum, alvus non comprimitur, minus, quam quibus ſtatus prorſus contrarius accidit, affligi, neque negandum neque mirandum. Alvus compreſſa, Pertuſſis tam ſaepe comes, mihi, partim a febre (ubi febris adeſt), partim a motu quodam inteſtinorum antiperiſtaltico, cui occaſionem praebent vomitiones iteratae, oriri videtur. Quo lenior ergo ſit morbus, eo minor erit hic motus, alvique durities ex eo pendens. Nonne

E ergo

ergo hoc ſignum, pro morbi benigni effectu, potius quam cauſa, haberi debet?

2*do*, Vomitoria, quae ſimul alvum ducunt, cauſam irritationis auferendo, iis, quae hoc effectum minime praeſtant, magis utilia fiunt.

3*tio*, Ad theſin tertiam, falſam quidem, hac ratione reſpondeo. Si venter nimis conſiſtat, laxantia non aegrius, quam vomitoria, ſuſtinent Infantes: Sin adſit inteſtinorum laevitas, purgantia, quae debilitatem vel faciunt vel augent, aegrotis damno futura, intellectu haud difficile.

54. "As to the diſeaſes conſequent upon an "obſtinate kink-cough; theſe are chiefly the "king's evil and rickets. It is univerſally al"lowed, that the king's evil is chiefly ſeated in "the conglobate glands; and, probably, thoſe "of the meſentery are firſt affected. This much "is certain, that an enlarged belly and colic "pains

" pains are among the firſt ſymptoms ; and diſ-
" ſections prove, that the glands of the meſen-
" tery are always obſtructed in the king's evil.
" We likewiſe obſerve in the rickets, a preter-
" natural largeneſs of the belly, and other
" ſymptoms that point out a primary affection
" in that region. Beſide, Dr Heiſter, after
" diſſecting ſix or ſeven bodies that died of this
" diſeaſe, mentions, among the moſt uſual ap-
" pearances, that the belly was too large, from
" the inteſtines being diſtended to twice their
" natural ſize with air ; that worms, and a deal
" of mucus, were in the bowel ; and that the
" glands were obſtructed and hard, particularly
" thoſe of the meſentery. We may ſafely con-
" clude, that the ſtomach was always in a na-
" tural ſtate, as this accurate anatomiſt has ſaid
" nothing of it. It would therefore ſeem, that,
" when the kink-cough continues for a long
" time, the inteſtines loſe their contractile
" power ; on which account, as well as from
" the

" the ſtate of the fluids taken up by the abſor-
" bent veſſels, obſtructions are formed in the
" correſponding glands of the meſentery; and
" ſo either of the two diſeaſes is produced, ac-
" cording as the conſtitution happens to be pre-
" diſpoſed."

55. Quin Pertuſſis, his morbis rachitidi et ſcrofulae, cauſae excitantis quidem vicem ſaepe caperagat, nullus dubito. Inde autem, eam in canali alimentario ſitum habere, concedere nolo. Sub phthiſis pulmonalis formam, ſcrofula, a tuſſi convulſiva concitata, potiſſimum apparet. Nonne vero hujus rei explicatio multo facilior, multoque veriſimilior ex tuſſis violentae, diuturnae, in praediſpoſitorum pulmones effectibus, tubercula iis inferentibus, vel, ſi haec jamjam extiterint, ad inflammationem cientibus, colligenda?

56. Argumenta, quae pro certo oſtendant, rachitidem

rachitidem ab origine inteſtinorum eſſe malum, penitus ignoro: Nec mihi quidem, talia reapſe extare veriſimile eſt: Longe, ut opinor, credibilius videtur, debilitatem, corpori labe quadam, haereditaria puta, praediſpoſito, ſupervenientem, morbum inducere. Inteſtina dehinc tantum afficiuntur. Haec autem inteſtinorum debilitas, ea, ad varia ſua munera explenda, minus idonea efficiendo, malum magnopere intendit. Sic, quomodo a tuſſi convulſiva diu producta, vireſque corporis maxime labefactante, rachitis, iis, quibus ad morbum eſt quaedam propenſitas, fieri poſſit, facillime intelligimus.

57. At profecto, praeter varias, quibus implicatur, difficultates haec theoria obſcura clar. Butter, ad ſuam ſententiam explicandam vix neceſſaria videtur. Nam ſi, ut recte credit et monet (50.) morbus inteſtina occupans, ad tuſſim, pulmonum affectionem, inducendam valeat; nihil rationis dici poteſt, cur, ex morbo pulmonum,

num, in partem canalis alimentarii ſuperiorem, ventriculum nempe, effecta notabilia edente, inteſtina ipſa haud aeque facile afficiantur.

58. Diſceptationes de morbi ſede, notae, quae pertuſſim comitantur, mea quidem ſententia, diremiſſi debebant: Talia ſymptomata aliquem, opinionibus praeconceptis haud ſeductum, in viam rectam pro certo duxiſſent. Ubicunque demum, explicatio et facilis, et ad phaenomena exponenda ſatis apta, in promptu fuerit; difficilem, multiplicemque rerum ſolutionem quaerere, ſemper quaſi a ratione abhorrere judico. In hac re autem, talem explicationem facile inveniri poſſe, brevi oſtendere conabor.

59. Hic obiter obſervare fas ſit, ſigna, manente morbo, nulla, e quibus colligi poteſt, inteſtina male affici, ſeſe in conſpectum praebere, quae, vel ex motu antiperiſtaltico (52.), propter ventriculum inter et pulmones conſortium, facto, vel

vel ex ſtatu febrili, non facilius explicari poſſint.

60. " What in my opinion tends more than " any thing to confirm that the kink-cough " hath its ſeat in the inteſtines, is, that the re- " turns of the paroxyſms have generally been " obſerved, both by phyſicians and others, to " be periodical; from which, as well as from " other circumſtances, ſome of the beſt writers " on the ſubject have been led to draw a paral- " lel between this diſeaſe and intermittent fever. " Now, though it be ſtill a matter of doubt " where intermittent fevers have their proxi- " mate cauſe, the moſt probable opinion is that " it lodges in the guts. It deſerves, indeed, to " be ſeriouſly inquired into, whether all inter- " mittent diſtempers do not depend on a pri- " mary affection of that canal. It is exceeding- " ly remarkable, that even intermiſſions of the " pulſe prognoſticate with great certainty a

" future

" future diſorder of the inteſtines. Under this
" head of analogy, ſome inteſtinal diſeaſes, in
" ſo far as they are of a contagious nature,
" ought not to be paſſed over in ſilence, as it
" will be found, that they add weight to my
" opinion concerning the proximate cauſe of
" the kink-cough. Sir John Pringle has ob-
" ſerved, that a dyſentery ariſing from what is
" called catching cold, ſpreads afterwards by
" contagion. The ſame remark every experi-
" enced phyſician muſt have made on a very
" analogous diſeaſe, the putrid fever. Hence
" we infer, that this bowel is the moſt likely
" place for generating an infectious diſeaſe:
" Which inference is further ſupported by the
" following reaſons: 1. A great variety of hu-
" mours is blended in the inteſtines. 2. Ac-
" cumulations are more generally formed, and
" lodged alſo for a much longer time in them
" than in any other part of the body. 3. Theſe
" muſt produce various unnatural ferments,
" which

"which are without doubt the ſource of many "diſeaſes, and probably give riſe to moſt con- "tagious ones, and, among the reſt, to the "kink-cough."

61. De argumentis jam recenſitis (60.), vix aliquid dicere neceſſe habeo. Imprimis enim, theoria quam dubia nituntur; et cuiquam, rem ſerie ſecum perpendenti, ſatis manifeſte patebit, auctorem ipſum, notiones rei, ad quam diſputatur, ſatis definitas minime habere. Ponit enim haec opinio, tuſſiendi paroxyſmos plerumque temporibus ſtatis integraſcere: Res tamen ſaepiſſime multo aliter ſe habet. Pro conceſſo etiam ſumit, cauſam febrium intermittentium proximam in inteſtinis contineri; morbum, contagio peculiari propagatum, a frigore provenire; et ſordes inteſtinorum variis contagionibus originem dare, poſſe. Haec omnia autem minus certa: Nec, quanquam tuſſis acceſſus nonnunquam ſtatuta redeundi tempora ſervarent, ullus, Butter ex-

cepto, ſecum ſtatueret, morbum in inteſtinis ſedere; etiamſi prius monſtraſſet, res, Hercle, difficillima, ſententiam ejus, de cauſa febrium intermittentium proxima, fundamentis probis ſtabiliri.

62. Pauca addidit auctor, e quibus id colligi poſſe credit, pulmones nempe in tuſſi convulſiva haud ab initio affici: Ejus verbis iterum utor.

63. "The notion of the lungs being the ſeat "of kink cough is very improbable; *firſt*, Be-"cauſe the generality of pectorals do more "harm than good; *ſecondly*, Becauſe pulmo-"nary coughs, if not dangerous, and eſpe-"cially in young ſubjects, terminate much "ſooner than the kink-cough; *thirdly*, Becauſe "I do not know that the rickets or ſcrofula, "though often the cauſes, were ever the effects "of a pulmonary cough."

64.

64. 1*mo*, Tuſſis, cui medicamentis pectoralibus dictis, praeter ea quae, fauces illinendo, eas ab acrimonia quavis tuentur, obviam itur, mihi eſt ignota; remedia quoque viribus aliquibus mucum, in pulmonibus ſecretum, aliquatenus mutandi pollentia, me latent. Quomodo vero muco abundantia, in ſtomachum, jamjam materia nimis viſcida gravatum, recepta, noceant, omnibus non patere nequit.

2*do*, Tuſſim catarrhalem *, aetatem juvenilem adorientem, minus, quam tuſſim convulſivam, produci, nil mirum; raro enim contagio peculiari ſuſtentatur, aut contagione ei ſaltem pertuſſim inducente prorſus diſſimili.

3*tio*, 1°, Catarrhum ſaepe cauſam phthiſin pulmonalem excitantem fuiſſe, medicis omnibus ſatis innotuit: Nunc temporis autem pauci ſunt, qui morbum quendam peculiarem, alterum non minus

* Pulmonary cough.

minus peculiarem, nulla ad hunc morbum prius exiſtente proclivitate, excitaſſe credant.

2°, Quod ad rachitidem attinet, tuſſis catarrhalis diutina, vel quaevis alia cauſa corporis vigorem valde infirmans, morbum in praediſpoſitis inducat.

65. " As to the opinion of this diſeaſe being " ſeated in the ſtomach, I ſhall add to what has " been already advanced in refutation of it, that " an immediate affection of that bowel would " probably be attended with more violent ſymp- " toms, as pain, ſickneſs, faintneſs," &c. &c.

66. Argumentum theoriae auctoris ipſius non minus repugnat.

67. His de aliorum opinionibus, ea, qua tyroni decet, obſervantia praemiſſis, reſtat tantum

ut

ut ſententiam, maxime, me opinante, vero conſentaneam, jam tradam.

68. Quin contagium, tuſſim convulſivam faciens, vires quaſdam proprias, fluidorum fluxum pulmones verſus, parteſque iis praecipue annexas, quales ſunt bronchia, larynx, &c. augendi habeat, mens in ambiguo haerere nequit: Rem ita eſſe ex ſignis patet. Hoc poſito, tuſſis ortus facile intelligitur. Materiei contagioſae actione adhuc perſtante, tuſſis ex die in diem intenditur; et, eam ob rem, cauſis quidem levioribus et facilius concitatur et diutius producitur; donec tandem eo proceſſerit gravitatis, ut vix, quin ventriculus efficiatur, ferri poſſit: Inde autem vomitus; pro tuſſis violentia, corporiſque laborantis conditione, plus minus vehemens. Quamdiu agere perſtat contagio, tamdiu indies adaugetur tuſſis, magiſque infeſtat vomitus. Materia ſtomacho ejecta, ſaepe ex ſincero fere conſtat muco, copia, ob vomitionem repetitam, ſolito majore ſecreto:

Lex

Lex enim naturae videtur, quo plus impendatur, eo plus ſecerni.

69. Huic morbo vomitus non neceſſario conjungitur, ſed ex conſenſu ſemper proficiſcitur: Ventriculo enim ſe male habente, inteſtina etiam male afficiuntur. Ex eodem fortaſſe conſenſu eſt quoque reddenda muci, in inteſtinis nimis abundantis, ratio.

70. Ubi contagio diutius non agit, morbus pedetentim recedit; tuſſis quotidie fit lenior, et, ad actionem ventriculi ciendum tandem valere definit: Vomitus nunc ceſſat; tuſſis vero diu adhuc ſpaſmodica ſaepe perſtat; et dum talis ſit, terrore, vel animi motibus aliis (99.), haud raro ſanatur. Idem in plurimis morbis ſpaſmodicis accidit; effectus tam miros, in corporis humani actiones, cum quae ad animi arbitrium reguntur, tum quae, contra nitente homine, abſolvuntur, edit conſuetudo.

71.

71. Si nobis concedatur morbi brevis explicatio, ſumma diffidentia tradita, penitus inutile ducimus, lectori ſignorum rationem pleniorem obtrudere: Praecipua utique ex ſupra dictis facile intelligantur; caetera, ut cuique libet, exponat.

Ratio Medendi.—72. Omnis inquiſitionis medicae conſilium eo cardine vertitur, ut, quibus conflictatur gens humana, morbi vel praecaveantur, vel ſanentur. Laudes ergo, nec injuria, ſibi peperere, qui ad medicinam practicam, prae aliis, quas complectitur haec ſcientia, rebus colendam, ſeſe dederunt.

73. Quoad Pertuſſim vero, ab omnibus conceditur, ejus medelam medicorum artem huc uſque eluſiſſe. Morbum nunquam equidem prorſus impedire poſſimus; varia enim ſtadia, haud ſecus, haud minus forſan neceſſario, ac quidam alii morbi contagioſi, variola et rubeola, *v. g.* percurrit.

percurrit. Medici ergo eſt, ut, quantum fieri poſſit, ſigna leventur; neque aliud in artis poteſtate eſt.

74. Pleriſque in exemplis, ad morbum tollendum, ſufficiunt naturae vires; pauca ſunt tamen, quae clinici opem poſtulant, et quae, hac non adhibita, pro certo lethalia evaderent, (26.).

75. Notae, quae primis morbi ſtadiis attentionem praecipue merentur, vel levamen poſcunt, eae pyrexia ſunt et dyſpnoea: Morbo autem provectiore, tuſſis et corporis totius debilitas. His optime occurritur medicamentis roborantibus, antiſpaſmodicis, et regimine: Illis, cauta ſanguinis miſſione, veſicatoriis, vomitoriis, catharticis. Mihi vero forſan objiciat aliquis, tuſſim in initio magis, quam in ultimis morbi ſtadiis, ſaevire; ideoque, tunc temporis, opem potiſſimum flagitare. Morbi autem initio tolli nequit; et, quod ad ejus levamen reſpicit, id, quantum

fieri

fieri poſſit, optime praeſtabunt medicamenta poſtea notanda (77. ad 86.), quae dyſpnoeae adverſantur.

76. Hac diſputationis parte, praecepta pauca tantum, optimis auctoribus excerpta, de tuſſis convulſivae, nullo alio morbo conjunctae, curatione, dare nobiſmet proponimus. Quando aliis aſſocietur morbis, ut, pro morbi aſſociati natura, mutetur medela, neceſſe erit.

77. Non in Pertuſſi ſola, inter medicos hodiernos, ſed in omni fere morbo diu protracto, evacuantium uſus multum obſolevit: Ratio enim docet, et experientia oſtendit, ea, quae corporis vires, quas morbi quidem violentia ſit adhuc magis fractura, conficiunt, aegro pro certo nocitura; et, quin mutationem, vel in ipſa tuſſis convulſivae natura, vel in hominum ſtatu, quibus a cauſis non nunc inquirendum, a quo tempore ſcripſit Sydenham, ſi obſervationibus ſe-

quentibus fides ſit addenda, miremur, facere non poſſumus: " Hac etiam methodo, (phlebotomia " ſcilicet et repetita catharſi) eaque ſola expug-" natur tuſſis convulſiva, malum alias pertina-" ciſſimum et pene inſuperabile; aliis quid hic " valeant praeſtare, plane neſcio; me in variis, " atque in omnis fere generis remediis, operam " non ſemel perdidiſſe ſatis ſcio *."

78. Quamvis infantes largas evacuationes, et ſanguinis, prae aliis, aegre ferre, ſatis conſtat; medicus tamen noſtras maximus ſanguinem ſemper mittere in hoc morbo conſueſcebat. His vero temporibus, perpauca ſunt exempla quae tale remedium vel poſtulant, vel etiam ſinunt. Interdum autem, ubi maxime ſaeviat morbus, et facies, perdurante paroxyſmo, tota tumeſcat; oculi ſint ſanguine ſuffuſi; expectoratio ſuppreſſa, et reſpiratio impedita; ſanguinem elicere factu optimum erit. Haec enim ſigna, ſanguinem

* Sydenham de Morb. Epid. ab ann. 1675 ad 1680.

nem per vaſa pulmonum difficile tranſire; propter tuſſis violentiam, nimiam vaſorum plenitudinem, vel thoracem prave conformatum, ſatis ſuperque denotant: Et ſimul, vel haemoptyſin (33.), vel inflammationem pneumonicam (31.), vel varios demum cerebri morbos (15. 35.), ob ſanguinem, ne a capite ad auriculam cordis dextram redeat, impeditum, minitantur. Omnibus his malis, optimo cum ſucceſſu, ſanguinem ſemel, imo aliquando bis terve mittendo, obſtari poteſt. Pro maxima vero parte, ſaepius ſemel venam incidere, morbus nec rogat, nec facile tolerat. Si ſigna non remiſerint, ad veſicatoria et cathartica illico eſt fugiendum; quoniam ſanguinis amplius impune vix detrahi poſſit.

79. Veſicatoriorum actio admiratione prorſus digna, intellectu autem perquam difficilis, eſt: Non ſolum partium internarum inflammationem minuunt, ſed profecto vim ſpaſmum ſolvendi habent. Utcunque hunc effectum explicare conemur,

mur, rem revera ita eſſe minime eſt dubium. Exempla quotidiana ſe in conſpectum produnt: Unum tantum memorare ſufficiat: In colica, nimirum, ſpaſmodica, incaſſum prius tentatis validiſſimis purgantibus, veſicatorium abdomini impoſitum, ſpaſmum haud raro cito ſolvit, morbumque ſic tollit; alvo protinus liquata.

80. Quinetiam in Pertuſſi, ad inflammationem praecavendum, haud minus convenit alvum ducentibus aſſidue uti: Sic quoque amovetur irritans cauſa, faeces nempe in inteſtinis accumulatae, quae omnia ſigna intendunt. Alvi vero purgatio fuſius, vel medicamentis draſticis facta, aeque ac venaeſectio nimis celebrata, nocet: Ita prorſus quoque exiſtimat Cullen.

81. Laxantia praecipue utilia, ea fractae ſunt doſes emeticorum; quae tantum non ſemper in hoc morbo, ad ventriculum exonerandum, et muci

muci expectorationem promovendum, praecipiuntur.

82. Infantibus magis, quam aliis, alvus ſit laxa, expedit; iis enim alvi durities ſymptomata graviſſima ſubinde, convulſiones ſcilicet, vel morbum comitialem, efficit.

83. Medicamenta principia, et quidem fere ſola, quorum, apud recentiores, adverſus Pertuſſim uſus nunc valet, emetica ſunt: Quae et vomitum (28. 29.), alioquin forſan non facile acceſſurum, promovent; et, fluidorum fluxum corporis ſuperficiem verſus, augendo, impetum ad pulmones minuunt, et hoc modo inflammationis periculum minus reddunt. Expectorantia ſimul fiunt: Stomachum enim et pulmones ex aequo fere exhauriunt. Si difficilius igitur evomit aeger, tutius conſultiuſque erit vomitoria dare, quam, dum ſtomachi evacuatio ſponte accidat, expectare: Cautione tamen opus erit, ne

iis,

iis, poſtquam effecta ſortita fuerint, diutius inſiſtatur.

84. "Medici ſagaciores obſervantes aegros
"ſaepius haemorrhagiis, ſponte ſupervenientibus,
"et vomitu materiae viſcidae maxime levatos,
"indicia hinc deſumpſerunt ſanguinem mitten-
"di; praeſertim ſi aegri plethorici fuerint, et
"emetica adhibendi. Medici ita, natura ipſa
"monſtrante viam, tuto illius veſtigiis inſiſtunt;
"et poſt has evacuationes, purgantia mitiora
"optimo cum ſucceſſu dant: Medicus itaque,
"hac in re tantum naturae imitator, eo ſemper
"ſagacior, quo magis ejus operandi modum, ad
"ſeſe liberandum, perſpectum habet *."

85. Sed in hac re, ut in plurimis aliis, antiqui effati "ne quid nimis" obliti ſunt homines: Vomitus enim, qui ventriculum reſolvit, eodem fere modo, ac exinanitiones aliae, gradu tametſi minore,

* Forbes Diſput. Inaug. de Pertuſſi. Edin.

minore, etiam in infantibus, qui hanc tamen evacuationem haud male ſuſtinent (52. 53.), corporis vigorem frangit. Vomitoria tunc tantum flagitanda videntur, quum pyrexiae ſigna urgeant, vel vomitus, ſub tuſſis paroxyſmum, non, niſi violento cum niſu, ſuperveniat: Ubi autem ſponte et facile acciderit ventriculi depletio, non ſolum inutilia, ſed forſan etiam nociva, invenientur emetica.

86. Ad vomitum ciendum, varia medicamina paſſim in uſu ſunt. Pleriſque vero morbis, quibus vexantur infantes, antimonium tartariſatum, quippe quod nihil faſtidii ſecum afferat, omnibus antepono. In Pertuſſi, et ob hanc rem, et ob vires quoque, quibus excretionem cuticularem augendi, purgantiſque vice fungendi pollet, jure optimo aliis antefertur.

87. Haec ſunt, ni fallor, medicamenta, quae, ſtadio

ſtadio morbi acuto, ſi talibus verbis uti liceat, ad eum temperandum exiguntur.

88. Quoad varia remedia, ſpecifica dicta, tantum pluribus auctoribus jactata, parum efficacia, ut plurimum futilia prorſus, apud alios medicos inventa ſunt. Cum ita ſit, auctores haec remedia, ob praejudicatam quandam opinionem, tantis extuliſſe laudibus, concludendum eſt. Nihilominus, eorum ſunt pauca, quae, morbo provectiore, in uſum vocari poſſunt, ut poſtea (98.) oſtendere conabimur. Horum praecipua ſunt moſchus, cicuta, caſtoreum, et aſafoetida.

89. Quando, ex temporis ſpatio quod duraverit morbus, ex ſignis, vomitu imprimis et inſpiratione ſonora, valde levatis, cauſa ſit, cur tuſſim conſuetudine tantum permanere credamus; clinici erit, cui curae ſit aeger, eam, quod nunc fieri poſſit, omnino ſiſtere: Sic enim optime praecavebitur a debilitate, quam tuſſis longum

producta

producta ſemper periclitatur. Quod ſi jamjam adfuerit iſta debilitas (64.), iiſdem remediis, quippe cum eidem propoſito inſervire queant, quae ad tuſſim ſiſtendam praeſcribuntur, tollenda eſt.

90. Haec conſilia rite curato regimine, medicamentis tonicis et antiſpaſmodicis ſimul adhibitis, abſolvi poſſe, jam dictum eſt (75.): De his omnibus ergo nunc ordine pauca diſſerere aggredior.

91. Sub regimine apte, ut credo, comprehenduntur coelum, victus, exercitatio.

92. Sunt, quibus liquet, coeli mutationem in Pertuſſi ne minimum quidem valere. Ex propria vero experientia, hoc mihi perſuaſiſſimum habeo, nullo fere in morbo, effectus magis opportunos, quam in tuſſi convulſiva protracta, hoc remedium edere. Neque ſemper obſcura hujus

rei ratio: Nemo eſt enim, qui vim aëris puri in corpus humanum, cauſis multiplicibus fractum, ignorat. Notatu vero eſt dignum, haud minus commodi nonnunquam in hoc morbo ab illo percipi, qui aërem purum ruris, pro inquinato urbis, quam qui hunc pro illo mutaverit. Quandocunque igitur morbus diu fuerit productus, tum aegro coelum, ad tempus, mutare nunquam non proderit. Levaminis nonnihil quoque ex eo trahi poſſit, quod, coelo mutato, varia nova animo objiciuntur, quae, attentionem alliciendo, adverſus affectiones ſpaſmodicas multum valent.

93. Quantum, cum ad faciendam, tum quoque ad tuendam, ſanitatem polleat exercitatio, experientia quotidiana docemur. Si quis animo hac de re haereat, eum ad experimentum relego, cujus effectus ipſe praeſtabo. At, ſi tantum hominum ſanitati conſervandae conducit ſeſe aſſidue exercere, eo, ut decet, uti, pro certo, provectis hujus morbi ſtadiis, ubi corpus multum ſaepe

enervatur,

enervatur, opus eſt: Modus tamen eſt ſervandus; ſunt enim limites, quos ultra exercitium ſemper nocet, vireſque mirum in modum convellit.

94. Diaeta, morbo incipiente, levis et concoctu facillima ſit, oportet. Materiam valentem ſaepe aegre fert ſtomachus; et revera talis victus raro non nocet. Quo minus ſuperveniat inflammatio omnibus modis obviam eſt eundum: Inde enim ſaepe maxime pendet periculum. Quandocunque ergo ſigna hanc minitantia obtinebunt, ut a cibo, materia valente confecto, abſtineatur, neceſſe erit.

95. Tonica ſeu roborantia praecipua, quibus nunc dierum utuntur medici, ſunt cortex Peruvianus, et lavatio frigida, quae ambo muſculorum ſibras ubique multum firmant.

96. Cortex Peruvianus tunc adhibendus eſt, quum

quum nulla, vel ſanguinis nimia quantitate circa pulmones coacervati, vel ſtatus febrilis indicia, ſi ea tantum quae a debilitate pendent excipias, adſint. His enim exiſtentibus, cortex non nocere non poteſt. Ubi autem ex vi conſuetudinis perſtet tuſſis, vel ſi urgeat debilitas, "nobile hoc "pharmacum," periculo imminenti obſtat, et malum ſaepius cito aufert. Medicamentum vero, quod tantum faſtidium facit, et infantes, et pueri, perraro, modo debito, devorant. Quoties ita ſit, adjecto glycerrhizae extracto, haud ita ingratus evadat ſapor. Si, etiam hoc modo aſſumi nequeat, in inteſtina injiciatur neceſſe eſt.

97. In balneo frigido utendo, aequa cura, ac in corticem Peruvianum aſſumendo, eſt impendenda. Debilitatis vix magis prodeſt, quam phlogiſticis robuſtiſque nocet: His enim frequentius haud minus eſt exitio, quam illis auxilio. Tale remedium incaute ergo minime adhibendum eſt;

et

et iis in exemplis ſolummodo, ubi prorſus abfuerint pyrexia et dyſpnoea, praecipiendum.

98. Quae antiſpaſmodica maxime uſurpantur, ea ſunt moſchus, aſafoetida, cicuta, et caſtoreum. Omnibus quidem ſunt, cuique ſuus, fautores: Commoda vero ex inventorum laudibus expectanda, uſus minime comprobravit. At, ſi permagna fuerit irritabilitas, quae ſemper, ſive a natura ſit derivata, ſive a debilitate pendeat, corpus citius faciliuſque, cauſis aliquibus admotis, affici reddit; hanc minuendo aliquantum utilia fiunt: Caeteroquin neglectu in totum digna. Et ſane, quin opium hunc etiam effectum multo melius praeſtet, nemini dubium eſt: Tuſſim enim optime demulcet, et ſomno favet. An unquam morbo recentiore praeſcribendum? Dyſpnoeam ſemper periclitatur, alvum inſigniter comprimit, et febrem intendit; periculo ergo non vacat. Dyſpnoea et pyrexia minime urgentibus, ad tuſſim crebram, moleſtam, ſopiendum, parvis

portionibus

portionibus ſatis tuto forſan dari poteſt: Summam tamen cautionem rogat, et, morbo provecto, potius, quam recenti, aptum videtur.

99. Animi motibus quibuſdam (70.), terrore, prae aliis, ſaepe ſanata eſt pertuſſis. Hoc vero nunquam e memoria excidat, animi, primis annis, adminiſtrationem rem eſſe perquam difficilem. Infantis et pueri mens, pariter ac corpus, cauſis levibus facile excitatur, ſubitoque agentibus facile ſuccumbit; remedium ergo hujuſmodi multum periculi habet; et, ne convulſiones vel epilepſiam etiam efficiat, cavendum. Vix minus nonnunquam profuit ſpes: Praemium enim promiſſum tuſſis paroxyſmo vehementi finem repente impoſuit. Ubicunque remediis hoc genus ſublatus fuerit morbus, eum, procul dubio, omnino ſpaſmodicum, contagioniſque expertem, fuiſſe, colligerem.

100. De variis cauſis antea memoratis (41.),

quae

quae tuſſim aliquando excitant, ut aliquid ſit dicendum, res vix poſtulat: Harum paucae ſunt, quarum ipſa cognitio, ed eas evitandum, haud ſufficiat; quae reſtant, nullo ſtudio aut cura ſemper vitari poſſunt.

101. Expectorantia et demulcentia, quibus tantas vires tribuerunt medici, merito pro nihilo putantur; imo ſaepenumero nocent: Haec enim ventriculum gravant, et cibi faſtidium efficiunt; illa, ut plurimum, corpus nimis calefaciunt.

102. Mihi, huic tentamini finem tandem impoſituro, liceat rogare, ut ſcripta, qualiacunque ſint, cum venia legantur.

——"Veniam pro laude peto, laudatus abunde,
"Non faſtiditus ſi tibi, lector, ero."

Ovid.

F I N I S.